

17
Programma
PRORECTORIS ET SE-
NATVS ACADEMICI

In funere

Tenelli infantis

IOACHIMI,

Clarissimi & Consultissimi Viri

DN. IOACHIMI WEG-
CII I. V. D. & Profess. publ. &c.

FILIOLI

P. P.



HELMAESTADI,
Typis IACOBI LVCII,
cis ls c XXXV.

PROFESSOR
PHYSICIS ET SE
MAYOR ACADEMICI

in

Technicis

IOACHIMI

Chirurgi & Consilij Medici

DN. IOACHIMI WEGE

Chir. V. D. & Prof. publ. &c.

Præfati

R. P.



HELMSTADT,

THOMAS JACOBI LACII

M. D. C. C. C. C. C.



PRORECTOR
ET SENATUS ACADEMICVS,
CIVIBVS SVIS.

S. P. D.



Terum ad dolores suos revocat
vos, CIVES ACADEMICI,
Clarissimus & Consultissimus
vir, collega noster amicissimus
IOACHIMUS VVECCIUS I.
V.D.& Professor &c. Sicuti enim ipsa hujus
anni primordia, ita etiam rursus diei ab-
hinc octavi letitiã funesta illi mors corrumpit.
Cæterum mater quidem, cujus obitum nos
ante cum illo luximus, videri queat non im-
mature fortassis decessisse. etsi enim virtute
spectabilis & ob prudentiam atq; humani-
tatem cum omnibus tum in primis suis esset
acceptissima; tamen ævi fatur obijt, atque
illo quidem anno quem paucis senibus con-
ringere concessum est. Ideoq; non querula-
tioni-

tionibus ille obitus videtur prosequendus
ceu quem evitare fuit *adularum*, iustoque præ-
terea tempore evenit. Sed ut ille tempesti-
vus est, ita fortassis novum hoc funus nimis
est immaturum. Vix enim natus erat ele-
gantissimus infans IOACHIMVLVS atque
ecce denascitur. Inversus sane hac ratione
est naturæ ordo: nascimur enim edimurq̄;
in lucem ut hujus usura aliquamdiu fruën-
tes in humani cœtus incrementum adole-
scamus: tam subito autem decedere de vitâ
quid aliud ferè queat apparere quàm vitam
mortis gratiâ accepisse? tacemus enim nunc
quod ipsis Romani juris conditoribus in-
verti naturam, vel liberorum ante paren-
tes obitu, fuerit visum. Habet profecto
hic iterum quo de cum rerum naturâ exi-
gat & contendat indoctior aliquis gentiliū.
quanquam fortassis & doctiori cuidam irra-
tiores voces talis dolor exprimat: sicuti &
ab hujuscemodi querimoniis nec ipsa sepul-
chra veterum Græcorū Romanorumq̄, nec
celebrium virorum scripta sibi legim⁹ tem-
perasse. Cæterum nos quidem rectius & me-
lior

lior ratio & divinius scriptura docuit (quis enim accuset naturam quæ philosophorum etiam iudicio semper id quod est optimum agit? aut quam ollam fas fuerit cum figulo suo litigare?) ita tamen edoctis etiam atq; institutis grave admodum est non serio talibus funeribus indolescere: sive quod corpore illo terreno crassoq; induti crassum etiam quid sapiamus atq; animale, seu verò præsentia spectantes non erigimus satis animum ad futura. Ista tamen nunc sunt tempora quæ & illud ingenij nostri vitium fortassis merito emendent. tantis enim undiq; malis & calamitatibus cingimur atq; premimur, ut cum Sileno ferè liceat pronunciare, non nasci optimum esse, aut natum mox interire. sive enim magnam patriam nostram Germaniam spectemus, perit profecto illa non tam aliena manu, quam quod omnium miserimum atque iniquissimum, gladio proprio: mox & ludibrium futura ijs populis qui aut infra nostram iram fuerunt hactenus, aut nobis olim servierunt. seu vero in mores atq; vitam hominum ve-

limus animadvertere, varijs illi primum sententijs atq; partibus in diversa eunt, tum ea nunc passim improbitas crescit, ut vim videatur legis acceptura ni pace constituta Deus intervenerit. tantis autem versari in malis nec iisdem affici, fortassis non magis facile fuerit quàm lutum tractare manu intaminata. ut sileamus quam cerca in vitium sit sponte sua tenella ætas quamq; exposita adversitatibus, utpote quæ sui impos alieno cogitur beneficio vivere. Isthæc fanè animo ponderantibus nefas meritò queat videri lugere infantem nostrum, etsi alioquin naturâ in dolorem hujusmodi simus propensi, Certè gratulari magis decet parentibus quàm condolefcere. Ethnici hominis est vetus illud

Ὁ ὅτι Ἰσραὴλ Φιλῶτιν ἐπαθνήσκου ῥέῃ.

Hebræus profecto sapiens diceret animam IOACHIMULI nostri domino fuisse gratam, propterea festinavit illum tollere de medio improbitatis: ereptus est ne malitia ingenium eius mutaret, aut falsitas ac versutia corrumpere indolem. non ærumnis nostris illa-
chry-

chrymabit beatus infans, non morbis affligetur, non seducetur improbitate. brevi; longum vitæ ambitum compendio explevit, & quod nos vix sine maximis laboribus impetramus momento affecutus est. neq; enim dubitamus quin in beatorum campis versetur, utpote qui sacro ablutus lavacro stolam quam accepit candidam nulla polluerit macula. scilicet, multis licet sententijs in partes ijerit Christianus orbis, *licet alter alteri sit anathema factus ut propè nemo sit Christi*, licet denique nihil damnationibus de plano sit frequentius, & exsecrari fratrem in parte religionis æstimetur: in hoc tamen oriens cū occidente, septemtrio cum meridie consentit, Dei esse quotquot ablutos & initiatos adhuc infantes mors eripit. itaq; & ne optamus quidem nos adulti nobis sortem meliorem quàm est qua ille infans nunc gaudet. Quapropter neq; quidquam etiam credimus esse reliquum quàm ut, quemadmodum *spiritus rediit ad Deum qui illum dedit*, ità corpusculum etiam ibi componamus, ubi olim animum suum beatiorum

tiorem est recepturum. *Seritur illud quidem cum corruptione, at suscitabitur cum incorruptione: seritur cum fœditate, at suscitabitur cum gloria: seritur defectum viribus, at suscitabitur potens: postremo seritur corpus animale, suscitabitur verò corpus spirituale.* Hac spe atque fiducia ducti, CIVES ACADEMICI, frequentes hodie hora I. nobiscum deducetis funus infantile, inq; placidum illum & quietum magnæ matris nostræ sinum recondetis. Est hoc & pietatis Christianæ, & humanitatis, & ejus quam præceptori vestro debetis, gratitudinis officium. Valete.
P. P. In Academiæ Juliæ x i x. Martij.



33. Progr. in Fun. Stiliae Steinhmanni, Com. Hoonzi coniug. 1661.
 Bodomereri phil. et theol. stud. 1663.
36. Fiknadersi progr. orationi — a Braunfels praem. 1663.
37. progr. in Fun. pugillae An. Mariae Kochen. 1666.
38. — — — An. Marg. Vogleri. 1666.
39. — — — An. Joh. Rixneri. 1666.
40. — — — An. Joh. Rixneri. 1666.
41. — — — An. Joh. Rixneri. 1666.
42. — — — An. Eleon. Ackeri. 1666.
43. Cern. grat. ad Busmannium. 1667.
44. Ods in panitatem. 1678.
45. Andr. Ham. Hellberg gratulatio Acad. Juliae prof. 1678.
46. Progr. Henrici Wilschuryi. 1680.
47. Feste nupt. Carp. Anolvi Drumbrecht. 1678.
48. Lect. ut debet. officium ad unicum. 1678.
49. Pia vota ad Lud. Fabrum ipsonum et — Gronam, 1679.
50. Progr. in Fun. matris Bornemanniae, Tannmanni viduae. 1691.
51. Progr. Joh. Reupen. 1709.
52. Progr. in Fun. An. Cath. Rinerichiae, Hoonzi coniug. 1649.
53. Progr. XII Nov. A 1693.
54. — in Fun. An. Soph. Schmerhenniae, Sth. Rev. Ackeri vid. 1702.
55. — Agnora Kochen, Carp. Turber vid. 1712.
56. Advandamentum abguldram Vigti.
57. Progr. in Fun. Homburgii Scti. 1714.
58. Catalogus scriptorum in div. Acad. editorum. 1732.
59. Progr. in Fun. Carolif phil. stud. 1757.
60. Memoria Topazii 1757.
61. — — — Sicilii. 1758.
62. — — — Laur. Heisteri. 1758.
63. De vita Frobenii. 1756.
64. Gratia panegyri. in diem nat. prin. Friderici V, laus et
 Norvegiae regis. 1759.
65. De des principito. Progr. sacri Christi natal. his. 1762.
66. Progr. in fest. Michaelis. 1762. —


96
1233


= Nonnulla desunt =

ULB Halle
001 920 952

3







17.

ramma
RIS ET SE-
CADEMICI

ere
nfantis
HIMI,

nsultissimi Viri
HIMI WEG-
Profess. publ. &c.
OLI
P.



STADI,
BI LVCI,
XXXV.

20

